tetendit ad caelum & profert panem caelestem, Ille percussit petram & fon
tes aquarum protulit, Iste proximans mense petram percussit spiritalem
& fontes spiritales ostendit, Ideo namque mensa et fons adfluens in loco
medio conlocatur, ut undique circum instantia satientur armen
ta, ut salutaris ille meatus abundanti largitate decurrens, nullum
sitim rabiem deperire permittat, quoniam igitur talis nobis hic fons est, talis
qu ettē nostra conceditur & omnib; bonis mensa conpletur, ut undi
que nobis adfluit largitio spiritalis; accedamus cum corde ueritatis
subfulto cum pura conscientia ut accipiamus gratiam & misericordiā
auxilio oportuno tempore gratia & misericordia dñi nostri ihū xpi per
quem & cum quo gloria patri cum spū sco & nunc & semp & in saecula sae
culorum amen. EXPLICIT OMELIA AD NEOPHITOS .. VAYA

# INCIPIT OMELIA DE TURTURE · XXXV ·

TURTUR AMATRIX HEREMI QUANDO IN DESERTIS DE
git locis, delectabilibus blandimentis arcessit conparem uocis suae
conuallia penetrans, & suum masculum in amoena & nemorosa par
centem conuocat. & hunc euolare prouocat, hortatur hic cessionem
suceleremfacere unanimi autem mente, ad inculta & praerupta rupiū
cubile fundanter. exinde sine timore uolare prouocant pullos, adse
uerant quidem turturem castam & amatricem conparis esse, Ita ut si quan
do euenerit ut eius masculus ab aquila siue aucupe capi, non se commisce
ri alteri sed ipsum cupere ipsius praestolari aduentum & in amore eius
expectatione pendere; Idcirco audite mulieres quae castitas in uolucrib;
repperiatur quanta cumque igitur figuram turturis in uestra mente
portatis huius sobriae imitamini castitatem, talis & enim est omnis casta
ecclesia a uiro quippe eius xpo crucifixo & in caelis ad dexteram patris
sedente alteri uiro non commiscitur sed ipsum desiderat ipsum expectat
& desiderio eius commori cupit, sed ne forte uideamus carissimi scripturae
auctoritatem egredi turturem nominantes uera ipsius scripturae uerba
texamus; testatur namque beatus dauid & dicit, & enim passer inuenit
sibi domum & turtur nidum ubi reponat pullos suos; uideamus ergo quē
dicit passerem ut ego arbitror hominem intellegi uoluit animam namq;
nostram sicut passer ereptaē de laqueo uenantium quod & dns id ipsud uo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0280